

521.

1266 d. 13 Oct.

Lybeck.

Påfl. Legaten, Card. Gumos tillstånd för Ärke-Biskopen i Upsala och Biskopen i Linköping att efter omständigheterna mildra straffen, som enligt Skenninge stadga blifvit prester ådömde.

A. 3. b. 1: 1.

Venerabilibus in christo patribus dei gracia . . Vhsalensi archiepiscopo et lincopensi episcopo frater Guido Miseracione diuina tt. sancti laurencii in lucina presbiter cardinalis apostolice sedis legatus salutem in domino ihesu christo Olim felicis recordationis dominus Guillelmus, episcopus sabinensis et apostolice sedis Legatus ad correptionem et reformationem ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum de regno swethie quedam statuta dignoscitur edidisse - contra transgressores ipsorum certas penas apponens in quas non obseruantes uel in contrarium uenientes decreuit incidere ipso facto. Verum quia presentis temporis infirmitas districte censure rigiditatem non patitur & plerumque propter humanam debilitatem contingit ut quod propter remedium est statutum in laqueum et periculum conuertatur discretionis uestre qua fungimur auctoritate committimus ut statutis memoratis in suo robore duraturis Circa penas appositas possitis moderamen congruum adhibere ac ipsas in alias minus periculosas et magis portabiles prout saluti animarum expedire uideritis commutare datum. Lubeke. III. ydus Octobris. Pontificatus. domini clementis pape III:ti anno secundo.

Sigillet finnes, men prägeln förderfvad.

522.

1266 d. 16 Oct.

Lagmannen öfver Tiohärad KARL INGEBOGSSONS intyg om ett hemmansbyte mellan Abboten NILS och Munkarne i Nydala, samt Verendsboen ÅKE i Stuccaboth, hvilken mot detta hemman samt hans gårdar uti Lenhofda erhöill en del af Sunderby uti Njuding med melangift.

A. 3. x. 1: 40.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. K. filius Ingibyrgis dictus legifer decem prouinciarum salutem in omnium saluatore. Gestarum rerum ueritas aput mortales longitudine temporum & obliuionis nubilo deperiret. si non eam scriptorum memoria perhennaret. Innotescat ergo presentibus & post futuris quod viri religiosi Abbas & conuentus monachorum Noueuallis concambium possessionum fecerint cum viro quodam Acone verendense de stuccaboth dantes eidem pro toto predio quod habebat ibidem & pro prediis ipsius in Linhofd que wlgariter dicuntur bol. predium quoddam in Nydungia de mansione que vocatur sunderby sepibus & clausuris siue terminis legaliter circumscriptum. superaddentes nichilominus ei pecuniam numeratam in

denarijs & rebus alijs secundum estimationem valoris ipsius predij. prout consiliarijs utriusque partis uisum fuerat expedire. Vt igitur quod ita sollempniter factum est firmum robur optineat. nos presenti carte sigillum nostrum appendi fecimus. nec non & abbatis Noueuallis cuj totius hujus negocij plena ueritas nota seruit. Testes istius emptionis siue concambij sunt memoratus Abbas Nicholaus. & Forcundus Cellerarius. Petrus eciam cognatus noster cognomento gusa. Halstanus longus. Bryniolphus filius Germundi prolocutoris. Ketillus filius Petri. nec non & alij multi quorum nomina non poterunt in presenti cartula contineri. Actum anno graciae. M°.CC°.LX°.VI°.XVII°. Kal. Nouembris.

På fränsidan: Verendie. Alatorp. Linhofde.
Sigillen: N:o 1 bortfallet. N:o 2, Abbotens, finnes.

523.

1266 d. 21 Oct.

Viterbo.

Påf. CLEMENS IV:s Bref till Ärkedjåknen och Dom-Capitlet i Upsala rörande 40 dagars aflat för dem, som besöka Upsala Domkyrka, der Konung ERIK den Helige ligger begrafven.

A. 1. a. 37. och A. 1. d. 68. *)

CLEMENS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs . . Archidiacono et Capitulo ecclesie Vpsalensi, Salutem et apostolicam benedictionem. In festiuitatibus Sanctorum que a christi fidelibus uotiuua celebritate coluntur, dignis laudibus glorificatur omnipotens, sanctis ipsis debitus honor impenditur, et animarum profectus deuotione congrua procuratur, unde nos qui fidelium ipsorum curam gerimus generalem, cum pre omnibus que nostre incumbunt sollicitudini ad eorundem salutem intendere teneamur, multo desiderio cupimus, ut illorum memoriam quos exutos iam corpore stola glorie induit Rex celestis uenerabiliter recolentes, ipsorum festa et celebri agant obseruantia et sollempnitate annua prosequantur. Cupientes igitur ut ecclesia uestra in qua corpus beati Erii martiris ut asseritis requiescit, et in qua festiuitate ipsius sancti ob eiusdem reuerentiam populi conuenit multitudo, congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui eandem ecclesiam in eadem festiuitate cum debita deuotione ac reuerentia uisitauerint annuatim de omnipotentis dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Viterbij XII Kal. Nouembris. Pontificatus nostrj Anno Secundo.

Bullorna bortskurna men några ändrar af det röda och gula silket äro qvar.

*) Af detta finnes 2:ne original med anteckning af annan hand å det ena: hec & alia littera clementis pape IIII:ti sunt eiusdem tenoris & continencie per omnia, A. 1. a. 37; och å det andra: hec & alia littera pape clementis IIII:ti eandem habent datam. & jdeo utraque tamen facit quantum vna. A. 1. d. 68: det finnes likaledes 2 gånger afskrifvet i B. 2: 212, 213.